

¶ ut dampnum illud ualeant extimare. Extimacione uero A. 211* facta (6), tunc dicti consules uel rectores de illo dan-
no (7) possint et debeant satisfieri facere mercatori (8)
secundum quod eis (9) de iure uidebitur conuenire.
Saluo si patronus posset probare quod dampnum illud
per occasionem extinguendi ignem uel per fortunam
temporis euenisset, propter que (10) patronus penam ali-
quam non incurrat. Que quidem (11) probacio fieri et
cognosci debeat et determinari per consules uel rectores
predictos. Si uero merces aliter uastarentur, | si supradic- Q. 95*
tis uidebitur quod occasione (12) patronorum euenisset,
illi cuius merces fuerint satisfieri faciant secundum damni
extimacionem. Et si dampnum aliquod in oleo, uel melle,
uel zucharo, uel uino uel alio liquido alicui (13) eueniret, si
su ¶ predictis uidebitur quod patronorum occasione euene- A. 212
rit, ei secundum damni extimacionem faciant (14) satisfieri.
Et si merchatores merces suas aliter de naue extrahe-
rent (15), nulla restauracio fiat eis. Si uero (16) rectores
illius loci in quo nauis fuerit non possent satisfieri fa-
cere mercatori, nobis quam cicius poterint suis litteris
debeant intimare (17). Similiter hic (18) in Ueneciis nostri
consules infra quinque (19) dies nobis debeant declarare,
et nos cum nostro consilio infra quindecim dies (20)
postquam nobis a rectoribus uel consulibus (21) nostris
fuerit declaratum, mercatori secundum damni extima-

(6) u. d. et stimare dampnum quod sit. Si uero dampnum stimare non poterunt, merces discaricari faciant ut i. d. stimare ualeant. Facta extimatione — (7) dampno — (8) fieri satisfacere mercatori — (9) ipsis — (10) illud dampnum fuisset occaxione ignem extinguendi uel fortunam temporis habuisse, propter quam — (11) q. *omesso*. — (12) et uidebitur s. q. occaxione — (13) fiant satisfieri secundum stimationem dampni. Et si dampnum a. i. o., uino, melle et cucaro uel aliud liquidum — (14) si u. s. q. occaxione p. e., ipsi s. stimationem dampni facient — (15) Et si aliter extraherent suas merces — (16) u. *omesso* — (17) non poterit satisfacere mercatori, n. d. s. l. q. c. porunt intimare — (18) h. *omesso*. — (19) XV — (20) dies XV — (21) c. u. r. —